



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Indæi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

famulari Iudeis: nam additur, & *Saracenis. cap. Iudeis, 2^a de Iudeis*: Secunda est, præponere Iudeum publicis officiis: nam additur *vel. Paganum, c. cum sit, c. ex speciali, de Iudeis*, quibus adde illa generaliter prohibita, "portare nimirum lignamina, vel victualia, vel arma, &c. ad Christiani nominis inimicos, matrimonia cum infidelibus inire, &c. in Bulla *Carna Domini*."

8. Sed, contra dictas prohibitiones ire, esse morale: Dico contra has duas postremas esse morale, quia delatio lignaminum sub excommunicatione lata sententia Pontifici reservata cavetur in *d. Bulla Coena*: & matrimonium contrahere cum infidelis, non est solum illicitum, sed invalidum ex disparitate cultus, quod est impedimentum dirimens: lege fuisse Sanch. *lib. 7. de matr. a d. 71*. At cum in cæteris non sit universum fulminata excommunicatio, & in aliquibus sit solum ferenda, non facile possumus, ut diximus in *nostro opuscul. de exp. sacrif. lib. 3. cap. 1. §. 8.* ex ipsa poena gravitatem culpæ colligere. Castro Palaus *loc. cit. num. 17.* docet solum esse mortale delinquere in sex postremis casibus adductis *num. 6.* quia in illis, tum ex parte materiae, actiones prohibita sunt graves. Sæpe enim *v. Indau. num. 1.* & Arragonius *2. 2. quæst. 10. art. 9.* putant nunquam esse mortale, nisi ea sit familiaritas, ut suborietur periculum subversionis; adde, vel nisi communicatio per illas actiones exhibita fiat ad favendum falsis ritibus. Ratio autem esse potest, quia, præcisè hoc periculo, vel est res non magni momenti, qualis censetur civilis communicatio in humanis etiam cum excommunicato vitando, vel certe, cessante eo periculo, cum cesset finis saltem præcipuus prohibitionis, videtur cessare & prohiberi, juxta *suprà dicta §. 7. num. 38.* Vtraque sententia sua probabilitate non caret.

9. Præter famulatum, officia publica, & delationem armorum, quæ modò num. 7. insinuavimus, & alia quæ universè in superioribus de Paganis dicta sunt unum duntaxat, de quo olim interrogatus suum, hic explicandum occurrit.

10. Erat Turca Mefanæ ita suæ ſuperſtitionis non bibendi vinum tenax, ut illud, propinante Domino, omnino reſpuerit, reſtans vinum ebibere eſſe adverſus ſuam legem; atque adeo grave peccatum contra Deum. Quæſivit Dominus, an vinum ipſe nihilominus propinare licet poſſet, & ad illud ebibendum invitare? Reſpondi ex objecto certè peccatum non eſſe, vinum bibere, at nunc eſſe peccatum ex conſcienciâ erronea illius mæcipij? Nam ſicuti, ſi Chriſtianus putans eſſe mortale, vinum extra comestionem bibere in die jejunii, ſi bibat, peccat conſciencia erronea, quia conſciencia eſt proxima regula operationis in omnibus, ita in Turca, &c. Poterit igitur Dominus docere mæcipium de ſuo errore, quo à Turca depoſito jam licebit ei vinum propinare. At difficultas erat, quòd Turca doctenti Domino nulla ratione acquieſcebat, & interim vini ſuavitæ pellectuſ, bibere cum prædicta conſciencia erronea ſubinde non recuſabat. Hoc igitur eſt, quod quæritur, an ſcilicet poterit tunc Dominus ad bibendum excitare? Dixi non poſuiſſe, quia verè cooperatus eſſet cum alterius peccato, perinde ac ſi illi Chriſtiano, eo errore non depoſito, potum vini contra diem jejunii perſuaſiſſet. Scio quendam poſuiſſe hanc doctrinam nimis ſcrupuloſam, ſed certè immerito, cum non appareat, unde Dominus id ſine ulla cauſa præſtans poſſit à peccato cooperationis excuſari.

1. **Q**uamvis naturale præceptum sit, ut indoctus de fidei dogmatibus non disputet; esse enim periculum se fallendi; decipiendique simplices, si forte audirent; unde & peccatum mortale ex genere suo committeret.

6. Iure Ecclesiastico interdicitur communicatio Christianorum cum Iudeis, & speciatim quidem prohibetur undecim actiones, nimirum cum Iudeis habere, eorum azimis vesci, Iudeis Medicari, uti, ab eisdem medicamenta accipere, cum ipsis simul se in balneo lavare, eos invitare, vel ad eorum convivia accedere, esse obstrictos, aut nurrices ipsorum, in eorum domibus iisdem familiaris, iisdem legata in Testamentis relinquere, eorumdem esse mancipium, iisdem publica officia committere: ita toto titulo de Iudeis, & c. Nullus, cap. omnes, 284. alique textu reducti à Causo Pal. tom. 1. tr. 4. d. 2. p. 9. num. 6. & Sanc Bonac. Coninch. ibid. cit.

7. He autem speciales prohibitiones solum sunt de
Iudeis, non verò generaliter de omnibus infidelibus:
quia textus de Iudeis dumtaxat loquitur: Ita Castro
Palibid. num. 8. contra Sanch. & Suarium *ibid. cit.* Dux
nihilominus actiones ad alios extenduntur. Prima est